



## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Philippi Servii Amicvs Fidelis Usque Ad Mortem**

**Bouchy, Philippe**

**Coloniæ Agrippinæ, 1660**

§. IX. Oratio ad Dominum Iesum Christum de singulis articulis Passionis  
ejus, saepius dicenda, etiam à sanis.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54799](#)

Dominus Iesus non dubitavit manibus tradi innocentium & Crucis subire tormentum. Qui tecum vivit & regnat Deus in saecula saeculorum.

## §. IX.

## Variae Orationes pro moribundo.

*Oratio ad Dominum Iesum Christum de singulis articulis Passionis ejus, sepius dicenda, etiam a sapientia.*

*Vers.* Adoramus te Christe, & benedicimus tibi.

*Resp.* Quia per sanctam Crucem tuam redemisti mundum.

**D**eus, qui pro redemptione mundi voluisti nasci, circumcidisti, a Judæis reprobari, a Judæa traditore osculo tradi, vinculis alligari, sicut agnus innocens ad victimam duci, atque conspectibus Annæ, Caiphæ, Pilati, & Herodis indecenter offerri, a falsis testibus accusari, flagellis

O 4 & op-

& opprobriis vexari, sputis conspuī,  
spinis coronari, colaphis cædi, arun-  
dine percuti, facie velari, & vestibus  
exui, cruci clavis affigi, in cruce le-  
vari, inter Latrones deputari, felle  
& acero potari, & lanceâ vulnerari.  
Tu Domine per has sanctissimas pœ-  
nas tuas, quas ego indignus recolo,  
& per sanctam Crucem & mortem  
tuam libera famulum tuum N. a pœ-  
nis inferni, & perducere digneris,  
quod perduxisti Latronem tecum  
crucifixum. Qui cum Patre & Spiri-  
tu Sancto vivis & regnas in sæcula  
sæculorum. Amen.

*Oratio ab Amico fideli dicenda pro ani-  
mam agentibus..*

**C**hriste Iesu crucifice, in unione  
serventissimi amoris, qui te vi-  
tam omnium viventium in Cruci-  
mori coëgit, pulsamus ad medullam  
benignissimi cordis tui, & rogamus  
ut animæ famuli tui fratris nostri N.  
peccata omnia dimittas, & tua san-  
ctis.